matiens intelligit. cxc.

C Ause paruitatis mēbroz sūt prie eis que  
magnitudine efficiunt in eisdē.

Potellit q̄ cause paruitatis mēbroz sint debi  
litas plasmationis et paruitas mē. cxi.

Ause corruptionis formarum est in numē  
c ro similitudinuz qd̄ quidē rōne malitie cō  
plexionis existentis in matrice contingit:  
aut paruitate spermatis aut malo egressu fetus in  
ortu suo ex cuius tortura contingit peccatum insi  
gura et forma.

Ause corruptionis formarum mēbris eadit in nu  
c mero recipientium similitudinem et figuram et  
hoc contingit ratione male complexionis matri  
cis. Nam malitia complexionis matricis disponit interdum  
passum qd̄ recipit formā et agens taliter q̄ agēs malam i  
primat formam: aut qd̄ recipiens malā formam recipiat:  
aut diminutione et paruitate spermatis qua receptio for  
me vel eius actio vel generatio speditur qd̄ quidē verū  
est h̄z opinionē eius q̄ opinat eē inseperately potētia acti  
uā. Contingit etiā iterdū sicut dñ predicta corruptio ex re  
extrinseca ypote in naturā egressu fetus in nativitate:  
sed hā corruptionem forme repant obstetrics frequen  
tasciando sicut decet priusquam indurentur ossa, et in sum  
ma corruptio forme ab extra accidit vel ab intra, ab intra  
quidem accidit vel malitia agentis: aut malitia passi et re  
cipientis vel ambabus simul, eorum autem malitia erit  
ab eismet aut a matrice. cxcij.

X his etiā ex nutris si delinquerit fascia  
e do ipsum aut eleuando vel deprimendo.  
ipsum.

Eurit etiā est cā q̄re nati mēbra tortuosa effici  
nunt cū eraq; in fasciando ipz seu i ligādo ipz cū  
fascia: et hoc qz teneritate et humiditate ossiu⁹ ip  
suis augmentur secundum figuram ex ligatura eis impres  
sam sicut etiam contingit errore ab eodem commisso in  
elevatione aut depressione eius. cxciij.

V El si forsan augeatur in eo cibus: aut ad  
nutriendum qui malus existat.

Xcedens cibi extrinseci p̄titas l̄s̄lis est causa  
corruptiōis forme sicut et excessus materie trui  
se. s. contingens a principio gnātionis: et hoc  
qm ex multitudine mē debilitat virtus plasmatica in p  
ductōe forme. Et si r videat ptingere cum nutritur et ciba  
tur nutrimento grossō an tps pueniens ad nutriendum  
ipsum tali nutrimento; nam cū subripit humidum et subtile  
ei puta lac. corruptitur quidem magnitudo membroz  
in forma a p̄n. s. in eodem impressa. cxcij.

At si puer debilitate sua cadat cum non re  
gitur ab alio et ipsius tibia aut crus inde  
frangantur vel eius nasus percunatur tali  
ter q̄ inde tensionem et pressionem patiatur. non e  
nim potest materia ratificari si moueatur quis im  
potens se sustinere ratione facture ossis nondum  
perfecte consolidate.

E auem cause omnes sunt extrinsece. nam euz  
b permittit puer abulaſ a ſiquā hēai potētia am  
bulandi contingit quidem ei obliquitas seu tor  
tuositas ſuarum tibiarum corporis etiam forma in aliquo  
si frangatur aliquod ex ossibus ipsius si priusquam eius  
consolidatio perficiatur moueatur. cxcv.

Etiā facit multitudo humorū in lepro  
b sis et paruitas eorundem et continuitas fe  
bres facientibus.

N leprosis quidem cōtingit gnāliter corruptio  
f forme membroz suoz et ſimiliter contingit ex  
tenuitas et psumptis. Causa autem huic ſucci  
tas ē que cum difficultate formam recipit. cxcvi.

A tortura oris et faciei contingēs ex mol

licie et relaxatione nervi aut corrugatione et tensio  
ne nervi uersus collum declinante.

Roculdubio cause iste sunt morbi. Nam tortum  
faciei sit relaxatione et mollicie nervi exstis in  
pte hystre colligantia; cum pte obliquitate hystre sit  
etiam intardum tensione et corrugatione nervi; et nunc p  
culdubio pars lesa obliquatur. ccvij.

Estigia apc stematum et cicatrices ulceruz  
et vulnerum proculdubio formas in super  
ficie corumpunt.

Ausa huic aperienti est putrefactio aliorum aperientium  
sed i ulceribus et vulneribus cum est mala junctio ipsorum  
i al dissolutio casei clausis membranis. ccvij.  
Apientes dederunt operam in collectione eo  
rum que sunt de genere claudentium et ob  
turantium poros et meatus ex quibus sunt  
fortitudo retentive et debilitas expulsive. interduz  
etiam frigus est causa huius.

Ori et meatus claudunt omnia et fortitudine re  
tentive virtutis et debilitatis expulsive; frigus enim  
coarctat et constringit poros et meatus. quod qui  
dem patet ex corrugatione seu coadunatione nervorum  
ex frigore contingente. ccvij.

Iccitas est coarctat eos valde et sicc faciunt  
ligature apostema est angustat et obliquat  
per restrictionem exterius in aliquo membro gene  
ratam stringit etiam eos medicina stiptica.

Iccitas aucta in aliquo membro stringit et coar  
ctat poros et meatus eius. Idem etiam facit liga  
tura facta sup membra proculdubio aperientia  
in aliquo membro exterius angustat meatus et poros con  
stringendo; constringit etiam medicina stiptica. cc.

Oc etiam contingit interdum consolidacione  
vulnerum et ulcerum et etiam uerruca seu  
poro et carne innaturaliter augmentata.

X causis meatus claudentibus est cum uulcus vul  
nus in naturaliter consolidatur sicut contingit  
in consolidatione longitudinis meatuorum; verru  
ca etiam in eis nata est ex causis clausionis eorum. Nascitur  
enim interduz interius sicut exterius; exterius ex eis eti  
am caro est in naturaliter in eis nata. cc.

Oc etiam humor facit aut sanies vel sanguis  
lac coagulatum et aqua.

Onstat quod cum humores sunt undunt ad cavitates  
meatuorum quod replent et obturant eas; et similiter facit san  
gies coagulatus et lac caseatum. ccij.

Oc etiam faciunt uermes lapis et sex siccata

dura et aer. ccij.  
Oc intelligit de vermis gnatibus in intestinis  
ex quo accedit colica; per lapidem etiam intelligit  
lapidem in vesica; et etiam calculum in renibus. Et  
per aerem intelligit ventositatem grossam; interdum me  
atus obturantem. Inde etiam contingit una ex speciebus  
colice scilicet illa que contingit ex cœlitione ventositatis  
in intestinis. Ex his autem causis contingit plurimum re  
tentio fecum et urinæ. ccij.

Ause operationis meatuorum sunt fortitudo  
expulsive et debilitas retentive.

Pertatio meatuorum contingit fortitudine expul  
sive et debilitate retentive. s. a causis contrari  
is eis quibus contingit clausio ipsorum pura de  
bilitati expulsive et fortitudini retentive. ccij.

Ex his etiam est omnis medicina aperiens

calida et humida necessario.

X causis meatus aperientibus est uetus medicina  
rum aperientiarum: neque dubius quin medicina  
calida et humida meatus aperiat. ccv.

Oicquid augeretur et excedit numero in no  
bis augetur sic ex multa materia ut digitus  
si fuerit materia laudabilis aut rana si ma  
teria in laudabilis.

Via retulerat causas apertio et clausiones  
meatuum. Incipit nunc referre causas augenti  
um numerum membrorum. unde inquit quod  
quicquid augetur in numero membrorum; auget proculdubio  
rone multitudinis materie: que si fuerit laudabilis: erit  
quidem corpus inde auctum nāle sicut eius digitus: si ve  
ro mala erit corpus innaturale sicut est illud quod rana  
appellatur et augetur sub lingua. ccvi.

Oicquid minuitur in nobis numero contin  
git contrario eius cuius rememorationem  
fecimus.

Ausa diminutio numeri est pria, cœlē augumenti  
ipsi velut diminutio materie. ccvij.

Ausa generans asperitatem est ablatō hu  
miditatis que interduz ex humore frigido  
contingit puluere stipticite ciborum et  
medicinaarum.

Ex proculdubio retulit casus egreditur ex asperi  
tate gnatae dicens quod efficiens asperitatem est ex q  
auferre humiditatem sicut humor siccus cum insu  
ditur ad canam pulmonis ipsam exasperans. Idem enim  
fumus facit et puluis et cibi stiptici et medicine. Hec enim  
oia guttur et canam exasperant. ccvij.

Ausa leniens asperitatem est sicut humor  
viscosus et omne pingue unctuosum.

Hinc quod hinc viscositatē lenit asperitatem sicut hū  
ores seu hūanitates viscosae et oleagineose. ccix.

Proculdubio omne illud de cuius natura  
est ut sit separatum ab aliquo. cu etiam modo ei unitur sicut eodem coniungetur.  
Si nulus non debite solidetur quod res in mem  
bro in opinata ostendetur.

Proculdubio nunc retulit causas morborum situs  
et posis retulit autem duas causas huic ref. s. vna  
ex coniunctione ei quod erat separatum a membris  
unde ait proculdubio omne illud de cuius natura est ut  
sit separatum a membro sibi vicino et. Nam cu est talis acci  
dit ei ut coniungatur membro illi proculdubio cu huic  
erit signatum uulcus vel vulnus in superficie eiusdem ex parte  
membris accedit enim preter hoc ut superficies vnius ex illis  
membris vulneratis cu superficie alterius membra vulnera  
ti solidetur et vniuersitatem contingit hoc in eodem  
vulnera per se solu generato in quo. s. superficiens quondam  
partium eius cu superficie alterius eiusdem solidatur et vniuers  
et ob hoc inquit per videbis in consolidacione vulneris alterius  
membrum cum indebet consolidatur et altera quam spera  
res aliud quam sperares de paciente evenit. ccx.

X hoc etiam est fortitudo in mutatione et  
debilitas informativa.

Proculdubio membra nāliter separata indebet  
vniuntur et solidantur interduz a principio oponis  
ipsorum et fortitudine virtutis gnatiae et maxi  
me quod de natura eorum est ut multa vniante et pingantur  
et vnu quod efficiat et interduz adiicit huic debilitas forma  
tione accedit aut hoc a causis cum ipsa aliquam partem ex  
membris separat et sequester. ccxi.

**q** **H**anc separatio contingens cuiuslibet ex eis de quorum natura est ut sunt in situ coniuncta. Sit de genere et numero erititudinum situs et ponis in membris organicis et nihilominus etiam proprietas genere solutio diuisi seu continuitatis cuiusquidem solutiois causa he referatur.

**o** **N**one membra cuius situs iudicatus per nam esse inter ipsum et aliud ita quod secundum couiungatur si quidem pertinet ei quod separetur ab illo quodvis talis separatione membris organicis referatur: erunt nihilominus perculpabio cause separationis unius ex eis ab alio de numero causarum solutionis continuitatis appropriate membris proximilibus que proprie indiuisi solutio appellatur et ipse quidem ad causas refert proprias consequenter. ccxiiij.

**b** **H**umor quidem habens vini et qualiter sustinuerat et calefacientia et corosiva vel sanativa aut hypostasia impulsa seu inhibita contusio ne inferens vel viscositas relatarum quod mouere debet vel saltus contundens lanians et disrumpens. vel lapis offendens et contundens.

**n** **S**unt enim solvant continuitatem sanguinis humor corosens et calidus et hypostasis membrorum contusiva nec non humor viscosus. dislocans. n. partes motu ex laxitate quam eis inferunt et similiter saltus solvit continuitatem membrorum et lapis ledit et offendit membrum et carnem contundit. ccxiiij.

**e** **E**cce sunt medicinae corrosive et sustinentes ferum corosens et lanians et quandoque uetus scidit rotione tensionis. Idem etiam agit ignis sicut in ceteris.

**O**ctotum est per se notum et manifestum; ideo non expono. ccxiiij.

**q** **A**edam accipientibus reperiuntur in operationibus et quidam in quibusdam corpori pertinetib[us] et quidam in egrediencib[us] ab eodem puta in fecibus egressu. sanguinis sudore et urina.

**q** **G**oniam ita explicit rememoratione de morbis et ipsis causis. Incipit nunc referre accidentia post ipsos pertinentia. Nam accidit sequitur morbos sicut et morbi casus et necario sunt ex eisdem. Inchoauit autem in hoc a divisione accidentium in eorum prima genera: vnius inquit quod ipsis sunt tria. s. genera quorum primi accidentia ab operationibus membrorum assumptorum utpote a nocturno ipsis. et h[oc] quidem est priuium ex eis. Secundum est accidentium a qualitatibus corporis assumptorum: puta a citrinitate macie et qualitatibus aliis que pertinet corpori post erititudinem ex mutatione ipsius. Tertiuum genus est accidentium suorum ab egrediencib[us] a corpore sicut ab immitate fecundum vrine et sudoris et fluxu sanguinis et alio ex eventibus. ccxv.

**e** **G**ressus naturales operationes a dispositione sua est triplex. s. ipsius debilitas ipsius ab latere et ipsius immitatio seu corruptio quod in quolibet morbo est etiam manifestum.

**e** **G**ressus operationis a dispersione sua nali fit tripliciter aut debilitas aut olio auferatur aut sic immutatur quod debilitate fiat: vnius et repli gfa. Si digestiva isto debilitetur egredies ciborum idigestus. Si vero auferatur qualitas assumptae egredies: si calore debite alteratur et mutatur viret quidem ciborum et sumos efficiens: et hec quidem genera sicut in oib[us] operationibus sunt recepta. Hoc non notum est in visu. ccxvi.

**d** **D**ebilitas enim operationis uisus est cum aliquis debiliter uidet et ipsius ablacio cum olio uisus prohibetur uel auferatur: et ipsius corruptio et inconueniens immitatio cuius imaginatur

se uidere que non uidet.

**e** **E**xemplum debilitatis operationis est sicut debilitas visus et exemplum ablacionis eius est sicut visus ablatione et deinde p[ro]prie cecitas exemplum vero male et corruptio operationis est cum quod videt quod non vident, id est videat ei esse quod non est sicut est cum ueritatis et ueritatis duo esse. ccxvij.

**e** **E**xempla accidentium proportionabilia repe- riuntur in accidentibus contingentibus aliis operationibus.

**b** **E**cclia genera accidentium repuntur in oib[us] aliis operationibus sicut et diotum est de operatione uisus. Est autem scientia quidem quod ipsius morbi sunt causa horum accidentium. Nam si corruptio vel immutatio operationis fuerit in membro consenserit quidem causa ipsius uina ex vii. spibus male coplonis. Si fuerit in organico: erit causa ipsius uina ex speciebus morborum organicorum. ccxvij.

**s** **E**nthus uisus attingit et percipit interdum aliquod ex accidentibus qualitatum corporis contingentibus citrinitatem et tumorem uisu percipibilem et interduces attingit et percipit auris aliquid ex eisdem sicut sonum uentris in hydrope percipit etiam ex eis aliquod sensus odoratus quemadmodum fetorem contingentem in ulceribus putridis et corruptis. Ex eis est quod suo sapore percipitur et sic continet cum acedo uel acetositas in ore percipitur. Tactum etiam quod ex eis cognoscitur, si enim tactum cognoscitur cancri duricies.

**a** **C**entia sumpta a qualitate corporis sunt. v. s. numeri. sensuum nam et eis sunt que attingunt et percipiuntur sensu uisus sicut colores nam egredientes puta citrinitatem ictericam pruinenitatem et tumorem in patiente apera et aliis apparatu. Et ex eis sunt que auro vel auditum attingunt sonum. s. egredientes a naribus enim auditur rugitus et burgulatio in venire hydropici cum ab uno latere ad alterum mouetur ex his etiam accidentibus percipiuntur quidem odoratum sicut in his quorum odor est fetidus vel potest in uiceribus fetentibus rore putrefactis et silvare calefactis eisdem pertinet. Et ex eis sunt quod suo sapore per sensum gustus percipiuntur sicut pertinet in ore amaritudo vel acetositas que in eo reperiuntur. Ex his accidentibus sunt que sensu tractus cognoscuntur sicut durities pertinet membrum in quo est carnosus apera. Huius autem quatuor humores causae. s. horum accidentium. ccxix.

**s** **P**uper accidentia ab egrediencib[us] a corpore sunt praecedentes secundum quoniam sensus.

**q** **T**unc sunt species accidentium ab egrediencib[us] a corpore assumptorum secundum numerum ipsis sensu: sic enim est eis sicut in spibus accidentium suorum ab his quod corpori pertinet. et ipse quidem refert eas praeter. ccx.

**s** **I**scutur in urina si rubea sit uel nigra. et sputo si fuerit uel sanguis uel sicut butyrum et in eo quod quidem rore dissolutis resolutis egreditur sicut contingit uentositate sternutatione oscitatione. In uomitu etiam reperiuntur interdum acetositas amaritudo uel stipticitas. et cum urina fuerit fetida significat quidem super uesice ultera et si in sudore sentitur si frigidus fuerit uel calidus tenuis vel viscosus.

**a** **C**entia uisus percepuntur in egrediencib[us] a corpore per operationem non: sunt sicut rubedo uirine et ipsius nigratio in febre apparatu: et sicut sputus sanguineus. i. rubor ab ore egrediens et butyrosus. i. albus apparet in morbo pulsis. Accidit autem que in egrediencib[us] a corpore percipiuntur per auditum sunt soni contingentes ex impulsione non supfluitates a corpore expellentis sicut pertinet

git in ventositate deorum egrediente et sternutione q  
contingit cu[m] caput sup fluitates digonis sue sup nasum i  
pellit oscitatione pertinente ex impulsione humoru[m] no  
cumentum st[er]o inferentiu[m]. Sed q[ui] p[ro]cipiunt p[ro] sapore s[unt]  
sicut aceritas pepta i eo q[uod] a st[er]o egreditur cu[m] vomitu[m]  
et sil[ent]ia amaritudo et si[gn]ificat assibi eni[m] sapores interdu[m] cu[m]  
vomit sentiuntur. q[ui] aut odoratu sentiuntur sunt sicut fetor  
vina significas sup vlera vesice, significat nihilominus  
etiam sup corruptionem et putrefactionem in corpore existentem.  
Que aut ex istis sensu tactus p[ro]cipiuntur s[unt] sicut sudor ipse  
p[ro]cipit enim p[ro] eum aut calis vel fuisse tenuis vel viscosus.  
Quidam tamen opinati sunt q[ui] tenutas et viscositas sen  
su visus percipiuntur.

cxxx.

E[st] q[ui]dam accidētia s[unt] patiētiu[m] passiones  
e[st] zapo nos signa et demonstratio[n]es, et postq[ue]z  
feci rememoratione de his q[ui]li transitio[n]e et  
ignali. facias nūc rememoratione de eisdē i spāli.

Ecquidē accidētia quoq[ue] rememoratione fecim⁹  
b[ea]tū sunt in egris passio[n]es; et apud medicos signa s[unt]  
sup eoz morbos de monstrativa. Et hoc iō q[ui]ni  
morbi s[unt] cā accidētiū; et cātu qdem attestantur et significant  
super suas casas; vñ sicut sum⁹ significat et attestat s[ic] ignez.  
sic qdē accidētia significant sup egritudines p[ro] tanto placuit  
sibi referre. Nūc hec accidētia inceptum sunt signa demon  
strativa et significantia. Hec autem est tercia ex paribus  
huius scientie scilicet de rebus extra naturam.

cxxxij.

Q[ui]ne signū sicut dictū est rememorationū  
o[ste]ntat presentis indicatiu[m] vel futuri prono  
sticum. est tamen vtile non necessariu[m] no  
bis q[ui] referimus ex eo quod preteriit sicut humidi  
tas terminati sudoris.

Res autē sunt spēs signoꝝ. Nā si significant sup  
egritudinem p[ro]st[er]ō indicatio[n]em et si significant  
sup egritudine p[ro]pteritā et terminatā d[icitu]r rememo  
ratio[n]em. Rememoratio enī et memoria s[unt] ei⁹ qdō preteriit  
Si vō significant sup egritudine futurā apellat[ur] p[ro]nósticu[m]  
deīn induit exemplū rēmemoria tuu et dixit; sicut humi  
ditas et c. i. sicut humiditates quas repit medicus in corpo  
re patientis significantes ei qdō patiēs iā sudauerat i pre  
terito; et interdu[m] significant ei qdō egritudo iam fuerit ter  
minata: hoc autem genus non est medico necessarium ni  
si per accidens sicut diximus.

cxxxij.

Q[ui]ne illud qdō significant sup illud qdō iā ex  
o[ste]ntat neq[ue] nō ēt q[ui] significant sup illud qdō spe  
ram⁹ qdē multū necessariu[m]. cura enī p[ro]ue  
niēs sit a nobis cu[m] auxilio buius rei.

Qod ex signis significat sup egritudine p[ro]st[er]ō et  
q[ui] sup futuras gnāri et sup accidētia ex eaꝝ generati  
one contingentia est quidem ex his quorum co  
gnitio est perutilis et multum necessaria in hac arte. Inni  
timur enim his cum securitate.

cxxxij.

E[st] his quidē signis s[unt] qdā generalia et que  
e[st] claz spālia; et particularia alicui ex mēbris  
de quibus qdē specialius faciam rememo  
ratione in arte seu parte artis curative.

Igna barum duarum specierū dividūtur. Nā  
f[ac]t[ur] quedaz horu[m] s[unt] spiritualiter significatia super  
quālibet ex egritudinib[us]. Et ex eis s[unt] quedam  
generalia significantia morbos in generali. Et ipse qui  
deaz incepit a remotione generaliu[m] et loquitur de spiritua  
lib[us] cu[m] loquitur de cura cuiuslib[us] morbi ut ipse dicit. cxxv.

Q[ui]ne signū generale s[unt] a mēbris prin  
cipalitatē et dominiu[m] habētib[us]. puta ab  
epate cerebro et corde hec enim secundum

veritatem dicuntur principalia.

Igna gnālia sumunt ab accidētib[us] mēbris p[ro]ni  
palibus p[ro]tingētib[us]. vt q[ui] mēbra exercēt opatio  
nes multas i multis mēbris corporis ideo. qdē  
accidētia eis p[ro]tingētia significat sup corruptionē et malaz di  
spositio[n]es plim ex mēbris corporis. Et i summa sup lesionē  
et nocumētu[m] vnitū ex spēb[us] virtutū p[ro]maz gnāliū i corpori  
eristētū sicut accidētia repti i vrina significat super mor  
bos et nocumēta virtus nālis i epate existētia et p[ro]tingētia  
Et accidētia pulsus sup morbos vitalis virtus s[ic] opinio  
nē medicoꝝ: et b[ea]tū p[ro]maz s[ic] morbos virtutis nutritio. cxxvi.

E[st] cum est recte formationis seu imaginatio[n]is  
e[st] et recordationis seu cogitationis lane  
memorie et recordationis.

E[st] h[ab]itus mēre dicitur cu[m] est recte imaginationis  
iuste seu recte cogitationis et non recordationis  
voluit autē sic loqui qm̄ cu[m] leđitur aliqua ex pre  
dictis operationib[us] significat sup lesionē partis cerebri  
illi operatio[n]i appropriate. Est autē anterior pars cerebri  
locus imaginationis seu formationis et mediu[m] cerebri ē  
locus ratiocinatio[n]is. Sed pars eius extrema est locus me  
morie et recordationis. vnde significat q[ui] impaciente ma  
litia imaginationis et formationis sit morbus in anterio  
ri parte cerebri et significatur cu[m] patitur mens et ratio qdō  
mediū cerebri patiatur. Cū vero memoria patitur. signi  
ficat q[ui] posterior pars cerebri sit egrota.

Otus etiā et sensus laudabilis significat su  
m[od]i per capitū sanitatē. et nocumēta eius con  
tingentia denotant proculdubio q[ui] morbi  
existant in cerebro.

God hic dicit est p[ro] se notū. Nam cu[m] motus cor  
poris et p[ro]ceptio sensu[m] sani sunt et laudabiles si  
gnificant quidem super capitū sanitatem et cum  
leduntur significant super capitū morbos.

Emcor i[de]redit recte i passione sua tūc eius  
dispositio est pacifica et tranquilla.

Cordis pulsus mouetur velut consuetum ē et  
debitū significat sup cordis sanitatem. Si vero  
deuet a consueto et sibi debito per naturam si  
significant quidez morbos sicut cu[m] variatur et diversis pul  
sationibus afficitur. tunc enim attestatur super diversas  
spes egritudinum. nos autem declarabimus p[ro]n[ost]ris quis  
et qualis sit talis pulsus diversus.

Equaꝝ fuerūt genera pulsus in numero  
n[on] denario posita nisi ab ore sapiētis quoru[m]  
quidē p[ro]mus ab estimatione dilatationis  
est assumptus. ipse enim significat super dominū  
et fortitudine uirtutis et ipsius equalitatem.

Enera prima pulsū sub denario numero iclu  
dūt secundū q[ui] ea sapiētes dixerūt et nunciaue  
rūt quoꝝ qdē p[ro]maz existit i existimatio[n]e dilata  
tionis venarū quau[er] qdē dilatatio est iterdu[m] foris et vali  
da et iterdum proportionalis equalis et temperatua. cxxx.

Agnus autē est enī dimensiones eminet  
et descendunt et significat super fortitudinem  
secundum suam existimationem.  
Via dicerat q[ui] vñ ex generibus pulsū repert  
ur i qualitate seu dispositione dilationis vene.  
Accedit nūc ad referēdum spēs sub hoc genere  
existe. i. i quas dividit genus illud. vñ iquit qdō vna ex  
eisdē ē illa que. s. est nota in pulsu magno et ē ille q[ui] ascen  
detes dicit. i. emines i oīb[us] suis dimēsiōb[us]. s. in longum  
latum et profundum ut qui magis debito in longum exte  
ditur aut in latum: aut quia magis debito secundū mēbu[m]

vitate: et id circa non reperiunt in tempore longo vel brevi sed potius in equali aut tēperato pro rāto decet ut cibū in istis sit iter parvū et magnū medius. ccclxx.

Cito q̄ crisis est velox et subita mutatio q̄ suo tempore ex difficultate seu malitia ac cidentium et pugna existente inter virtutes et morbum generantur ut celeriter ad vitā vel mortem perueniantur.

Risus est mutatio suo tempore subito p̄tigēs patienti: ac si diceret q̄ hec mutatio generat ex difficultate accidentium patienti contingentium et ex pugna que iter virtutē et morbus existit: que quidē mutatio significat mortem celeriter in morbo futurā: si fuerit illaudabilis: aut vitam si fuerit laudabilis: unde transmutatur hoc nomen ad significandum predictam immutationem et diem eius per quandam similitudinem ac si ea deberet ferri iudicium seu sententia super victoria morbi vel virtutis. ccclxxi.

Ex sunt species mutationum i morbis contingentiū. Nam aut negam tardantur aut citantur in eis: unde interdum conuertitur in temporibus brevibus corpus ad bonum et uitam:

Ex sunt species que in morbis generantur. Una ex eis mutatio est in qua trāffertur corpus i breui tempore ad laudabilem dispositionē et sanitatem ac si diceretur subito: et hoc quidez intellexit cum dixit in repositibus brevibus: unde hec est una ex speciebus crisis et ipsi quidez est laudabilior ceteris. In ea enim transferetur corpus subito a dispositione illaudabili ad sanitatem et cum evacuatione sensibili puta cum fluxu sanguinis narium aut sudore vel alijs ab istis. ccclxxij.

I fuerit laudabile qđ precedit eam prōnósticabit sic super ipsam. s. super crīsim securā et laudabilem.

I pronostica laudabilia precedant crīsim. iudicata crīsim futurā esse laudabiles et cū hoc etiam significabunt in quo tempore accidat et speciem evacuationis que debet contingere in ea. ccclxxiiij.

Si autem alia mutatio uelox ad predicta que quidē significate mortem: in hac quidē ueloci malitia est angustus processus medici. nam hec crīsis est necans et perniciosa.

Eunda ex speciebus crīsim est velox et subita mutatione ad mortem cum evacuatione sensibili. In hac autem crīsi est sicut ipse dicit angustus processus medici. qđ quidē de processu curationis intellexit. Vnde est ac si diceret q̄ non inuenitur curationis iugenum a medico. Et hanc quidē crīsim precedunt signa mala. ccclxxiiij.

Ertia ex predictis mutationibus est mutatio tarda inducens ad dispositionem sanitatis et curans morbum. non tamen eum crīsi: sed potius per dissolutionem paulatinam in ea contingentem.

Ertia quidē species ex speciebus transmutationis est transmutatio tarda inducens nihil minus ad sanitatem et curans: non tamen cum evacuatione et fortibus se violentis accidentibus: sed potius per dissolutionem occultam et insensibilem, et ideo nō dicitur crīsis. ccclxxv.

Uaria autem species predictarum mutationum est mutatio parua ducens patientē ad interitum uerū sit cum evacuatione sed

potius cum ethica dissolente corpus patientis.

Uaria quidē species predictarum mutationū est mutatio tarda ducens patientem ad mortem nec est cum evacuatione et dissolutione subita et fortis: sed potius cum ethica virtutes patientis consumente. ccclxxvi.

q̄ Uinta aut ex predictis ē iter eas media cū iducit mortē et malitiā ultimātā.

Uinta quidē species harum mutationum est media inter subito et tarde ducentem ad mortem et hoc quoniam in hac specie fit primo imperfetta crisis subito et consequenter dissoluit virtutes in tempore tamen latitudinem habente donec contingat mors eidem: et est composita sicut dicit ex illa que subito perducit ad mortem et ex ducente ad eam per dissolutionem in insensibilem. ccclxxvij.

s. Extra uero perducit ad uitam in medio temporum.

N bac qđ mutationē sexta subito p̄tingente est p̄ crisis perfecta et p̄ter deducit patiēs paulatī ad sanitatem et est hec qđ p̄posita ex subito transferente patiente ad sanitatem et ex trāfferente ipsius ad eam motu et translatione illaudibili. ccclxxvij.

b. E autem crises sibi inuicem dicuntur contrarie composite.

E due crises. s. quinta et sexta componuntur ut diximus ex quatuor precedentibus. nā quelibet ex eis componitur ex duabus primis bona. s. laudabilis ex duabus primis laudabilibus, et illaudabilis ex illaudabilibus. ccclxxxix.

Risis quidē laudabilis accidit in statu cum perfecta digestione et virtutis fortitudine contraria uero ei puta illaudabilis sit in augumento.

Risis laudabilis est illa que accidit in morbis post perfectam digestionem cum fortitudine viaria et virtutum et contraria ei est illa que accidit in augumento nam accidit ante complementum digestionis. ccclxxx.

t. Ria oportet scire in crīsi.

Eesse quidē est s. ire cū speciebus crīsim quārum relatio facta est tria super dispositiōnem ipsius crīsim. ccclxxxi.

Lientiaz uidelicet de pronosticatione eius et de diebus creticiis et scientiam etiā eius quod significatur per signa nobis significātia in quam crīsis speciem terminetur cum persicie tur crīsis cu ulibet morbi.

Nuz quidez ex his tribus est scientia per quam scitur quid sit crīsis futura. secunduz autē est scientia de natura dieruz et etiōuz. sed tertiuze est scientia de specie crīsim que debet fieri seu de specie eius evacuationis que futura est in crīsi et hec quidē scientia habetur ex signis significantibus ipsam esse futuram nec nō etiam ipsam ex causa ipsius morbi. ccclxxvij.

o. Quid autem crīsis pronosticatur ex uolentia accidentium que dicimus

Atendit q̄ pronosticantia crīsim futuram sunt signa que refert in hoc loco. ccclxxvij.

c. E sunt permixtio sensus et intellectus et dolor aurium et capitis.

X signis autē futurā crīsim significātib⁹ est per mixtio ratiōis et diminutio sensus et dolor aurium et capitis: b⁹ i autē causa est motus humorū in

capite.

**T**fluxus lachryme angustia parua famis  
e seu casus adpetitus: motus laboriosus et vi-  
giliarum instantia: et dolori pectori vel col-  
lo et illaudabilis excitatio a somno cum motu et ru-  
bedine oculo: um.

e Si autem illaudabilis excitatio a somno cu*z* ex-  
citatur quis a somno suo velut homo exterritus  
cccccvi.

**T**frendere dentibus et limatio eorundem  
e in somno et eorundem percussio et fortis fri-  
catio nasi patientis.

**A**ntellexit quidem q*p* patiens limet et percutiat  
dentes suos ad iuicem preter q*p* consueverit  
hoc tempore sanitatis. cccxvi.

**T**interdum insinuabit aliquis coniundo  
cum labis suis. Videbiturque interdum  
suggere ea.

**O**c quidem est ac si viceret q*p* videtur unum ex  
b eis cum quadam eorum suggere, et hoc quidem  
omnia signa sunt laboris et angustie ex pugnana  
tre cum morbo. cccxvii.

**T**velocitas quidem anhelitus et desiderium  
e trahendi aerem frigidum cum angustia et  
velocitas pulsus et frequentia: et tussis cum  
infusione et sonitu et gargarismatis.

**A**ntellexit hoc cum accidit patienti tuis cum so-  
nitu gargarismat*i* in gutture suo contingente ex  
reb*o* ifusis a capite suo ad locum illuz. cccxviii.

**T**pulsatio cordis continua et syncopis et  
conas patiens a lecto suo surgere et recedere.

**A**ntellexit q*p* patiens conetur a lecto suo surgere  
velut ho*m* permixt*o* et turbat*o* et recedere. cccxix.

**T**dolor gutturis et mery cu*z* angustia: que

e si persuerauerit continget ei syncopis ma-  
gna et fortis.

**A**ntellexit per angustiam nauseam et nocum*o*  
tum stomachi eiusdem. cccc.

**T**pulsatio in lateribus et dorso cu*z* torsio  
e nibus violentio et fortibus et cōtinuo dolo-  
re stomachi cum querimonia stomachi vel  
epatis aut dolor ventris aut circa pecten: aut etiam  
in renibus et vesica: aut dolor fortis circa virgā vel  
in virga aut in matrice aut in omnibus iuncturis:  
aut quibusdam aut ex eis intus vel exterius.

**V**icquid retulit hic ē per se motū. cū nāq*o* ho*z*  
q accidētiū i patiente generato*z* cū est vētura crisis  
est motus humorum per totum corpus eius tūc  
enim natura expellit humores ab omnibus membris et  
mittit eos maxime ad membra ordinata ad homo q*s*int  
meatus deputati ad egressum illius humoris ut pote ad  
ventrem stomachum renes et vesicam. cccci.

**E**m ergo videbitur argumentum horum  
c accidentium in die cretica. erit proculdubio  
bonum et laudabile. et potissime si prius di-  
gestio apparuerit. sin autem erit quodam contrari-  
um manifestum.

**V**er aliq*o* ho*z* accidentium alicui egrop*o* cōtin-  
gerit et hoc i aliquo die*z* noto*z* ex diebus lauda-  
bilis absissionis sententie et iudicii quo*z* rela-  
tionem faciet propter et cū hoc signa digo*is* precesserint in  
vrina peuldubio medic*o* nequa*z* debet ex tali violentia  
accidētiū dubitare sed potius debet patienti et amicis eius  
pronosticare et significare q*p* sanitas sibi debeat aduenire

**S**i vero hoc contingit in die mala et illaudabili et sine  
digestione continget contrarium: ac si dicatur q*p* hoc est si  
gnum malitie et finis mali. cccci.

**A**usa quidē crisis sisit eorum relatio vera ē  
quoniam luna variat actionem in morbis.  
**A**usa quod casus crisis i diebus laudabilibus cō  
putādo eos a principio morbi patiētis cum luna si  
vez ē illud quod rettulerunt super homo: quod ideo  
dixit quoniaz nō est bonū causam vel rationem alicuius  
reddere prius q*p* bene constet de eius inuentione. cccci.

**A**ni quidem peragrat et absindit celeriter  
i circulum suum. est quidem causa celeris  
motus et mutationis. fortificatur quidem  
interdum in hoc. et interdum debilitatur. hoc autez  
notum est in arte astronomorum.

**V**it quod necessariū vt operationez istā appro-  
priaret lune: quoniam dies i quibus manifestatur  
huius mutatio sunt septenarij aut quaternarij: et  
non reperitur quidem aliud ex astris cuius dispositio va-  
rietur et mutet*o* in hoc septenarijs aut quaternarijs exitu  
seu positione ad solē preter q*p* luna ipsa; cū hoc etiam qui-  
dez apparet quod ipsa maturet fructus et segetes i predictis  
temporibus eius aut actio est nota i maribus et in aquis et  
ver i humiditatibus quodūq*z*. vnde cōueniens fuit quod ab  
ipsa esset actio mutationis vigeſtione humiditatis: cū autē  
dicit et fortificatur iterduz debilitatur. Intelligit quidem  
hoc esse secūdū distātiam et propinquitatem sui ad solem  
in his revolutionibus. et etiam secundum coniunctionem  
aliorum planetarum cum ea conuenientium aut disconuenientium: quod quidem domini astronomorum fortunas  
vocant seu iuuantes et nocentes. cccci.

**E**qua*z* est operatio vel actio sue actionis  
n sensibilis in eius iuuamento sicut quidem  
est ad sensum. visibilis est eius figura ex eo  
quod in ea existit de claritate vel lumine solis.

**C**tio quidem lune est sensibilis cum apparet ei*z*  
a figura lunaris ex eo quod ad sensum existit i ea domi  
lumine solie: verum etiam eius actio iuuamēto  
et nōumento appropriata nequa*z* est sensibilis: et est ac  
si vellat dicere q*p* hec transmutatio que in ea visibilis exi-  
stit attestatur super illud quod opinati sunt sapientes astro-  
rum q*p* quidem minime sensibile est in ea. cccv.

**I**us autem quarta relucet i quarto et eius  
medietas in septima.

**A**ntelligit q*p* ipsius quarta relucet in quaternis  
i et eius medietas in septenis: et est ac si viceret q*p*  
hec est causa quare crisis i quaternis et septenis  
existit. hic tū minime repitur sed hūc modū i oibz quater-  
nis et septenis numeratis i quolibet ex morbis a principio ipsi*z*  
cū eger possit incipere pati quolibet die mensis lunaris:  
vnde causa quare crisis sic fiat ordinate i quaternis nume-  
ratis a primo die quo cepit patiens egrotare: est quidem  
ex hoc quoniam i quaternis morbo*z* reperit notabilis di-  
uersitas impressionis cū modo ordinato: nāq*o* ibi apparet  
ex homo est ordinatum et determinate sic procedit: pro ta-  
to quidē congruit q*p* talis impressio sit in eis ab aliquo ex  
astris: ex qua luna determinate efficit impressionez i qua-  
ternis et septenis: congruit quidem q*p* ab ipsa procedunt  
tales impressiones non tamen sunt huīus diuise impres-  
sionas ab ipsa ratione quartarū mensis: sed potius quar-  
tarum circulorum quos officis et describit in motu dieruz  
quod quidem motum est in revelatione dierum. cccvi.

**T**morbus quidem minime cōtingit nisi ex  
dispositione qua debilitatur opus nostre qui

si cum auxilio producatur curabitur quidē patiens  
et vita prolongabitur. Sed si cum detimento mori  
erit quidem et vita perdetur et separabitur.

**R**ibus non in paciente nisi cum luna fuerit in  
malo loco a principio natiuitatis eius et est ac si di-  
ceret quod talis locus est ille quem attingit in principio  
egritudinis suae: si tunc ipsa transferatur et eleverit a tali  
loco malo ad loca utilia et iuuativa et cum hoc locus fuerit  
in quo ictipit generatio morbi ipsius parvae malitia: et cura-  
bitur quidem patiens et vivet, verum si transffertur tunc ad loca  
mala ipsa errante a principio in loco malo: augeretur et fortifi-  
carietur eius malitia, hoc autem dogma minime est de arte  
medicine: sed potius ex arte astronomie: que quidem  
ars debilis est et falsum et plim quod in ea existit. ccvij.

**R**ises contingunt interdum in qua ternis  
et interdum in septenis: et ille quidem bone  
sunt et laudabiles quibus coniunguntur  
digestio et pronosticatio attestantes super ipsas.

**R**ises contingentes in qua ternis et septenis et pri-  
cipio morbi numeratis sunt laudabilis semper cum  
precedunt eis dies indicatiui. i. pronosticantes  
dies propter futuras in quibus iam apparuit et fuit digestio.  
Et Hippocrates et Galen numerant dies quaternarios velut  
mundi causa, dicunt ergo quod dies quarta laudabilis est et  
cretica: dies etiam septima est cretica in qua secundum eos  
terminatur secunda quarta. Ipsi dicunt quod due quartae per  
me vniuantur in die quarta: hoc est dictum quod ipsi ponunt  
diem quartam: finem et terminum quarte prime et prin-  
cipiū quarte secunde et die undecima terminat̄ quarta ter-  
tia quam quidē quartā minime coniuncti numerant cum secunda:  
Quartā vero ferunt terminare diē quartū: et hec quidem  
quarta propter futuram speciem crisis futurae ante quam sit unde cum videbis morbum  
sanguineum et scitur autem hoc ex signis relatis ex pre-  
cedentibus. Cum ergo talis erit morbus violentus et au-  
sterus et accidentia super ipsos accidentia in capite, s. et quoniam  
que sensibus erunt manifesta cum rubore et pruritu nasi,  
pronosticetur et protinus sententia absindatur quod crisis  
futura sit per fluxum sanguinis narium. ccx.

itus et periodi reperiuntur ratione turbationis et du-  
bitationis contingentis in eisdem.

**R**ises quidem contingentis in paribus diebus  
priuantur et carent determinato ordine que ser-  
uant predicte, et hoc quoniam secundum Galen,  
cause earum possunt esse humores qui sunt materia mor-  
bi, seruant nihilominus aliqualiter modum quaternorum;  
et propinquitate sui ad eos et est possibile quod perturbatio  
nem et dubitatem quaz dixit contingere in eisdem intel-  
ligit naturam materiei obuiantem ordinem quem agunt et  
operantur in eisdem iussu et voluntate creatoris eorum cu-  
ius nomen sit in secula benedictum. ccxit.

**N**on habebitis vero digestionem et prono-  
sticationem contingit quidem dubium in  
accidentibus: nec contingit crisis in his die-  
bus nisi cum contingit consequenter aliquod sinistrum.

**A**quit quod cretici illaudabiles sunt quos non pre-  
cessit digestio et indicatio pro tanto non dicun-  
tur absente, cretici, accidentia autem in eis con-  
tingentia sunt dubia nam crisis in eis contingentem sub-  
sequitur aliquid perniciosum et illaudabile. ccx.

**S**um videris morbum sanguineum aut au-  
sterum et violentum valde cum illaudabili et  
impetuoso motu cuius signa patula sint in  
capite et manifesta que usque ad omnes sensus ex-  
tendantur cum rubore et pruritu nasi erit. proculdu-  
bio crisis eius per fluxum sanguinis narium.

**P**otentia eius in hoc loco est referre signa qui  
bus sumuntur signo super futuram speciem crisis fu-  
ture antequam sit unde cum videbis morbum  
sanguineum et scitur autem hoc ex signis relatis ex pre-  
cedentibus. Cum ergo talis erit morbus violentus et au-  
sterus et accidentia super ipsos accidentia in capite, s. et quoniam  
que sensibus erunt manifesta cum rubore et pruritu nasi,  
pronosticetur et protinus sententia absindatur quod crisis  
futura sit per fluxum sanguinis narium. ccxi.

**I**n vero accidentia ipsius deosum et in pa-  
rte inferiori appareant cum dolore continuo  
umbilici et precesserit retentio menstruorum  
contingit quidem crisis per fluxum menstruorum.

**S**ed quidem accidentia dominium significantia in  
parte inferioris corporis apparuerint cum do-  
lore umbilici et pectinis et cum hoc patiens fue-  
ret in mensura iam conclusa erit et retenta iudicer-  
crisis eius futura per fluxum menstruorum. ccxiij.

**E**t si pars suprema corporis incolunis fu-  
erit et a dolore in humeris eius dolore tamē  
hypocrandriorum et patiens querulus sit  
sit de epate et dolor usque ad annum extendatur ne  
quaquam quidem committeretur error si pronosticetur  
crisis illa futura per fluxum sanguis emoroidarum.

**O**ccidit per se est notum cum enim pars supre-  
ma corporis immunitus est a dolore et cum hoc ap-  
pareat in ea accidentia dominium sanguinis si-  
gnificantia cum dolore in partibus inferioribus corpo-  
ris existentibus hypocondriorum et epatis que usque ad  
annum extenduntur: si crisis talis pronosticetur patientis  
futura per aperturam orificiorum venarum in anno exi-  
stentium nequaquam tali pronosticatio indiscreta erit et  
futura, et hoc enim verificatur et appetit ut plurimum et  
maxime in eo qui solitus est pati aperturam venarum in  
anno existentium seu emoroidas. ccxiiij.

**I**n autem moribus ex cholera rubea sit in  
statu accideritque apostema capiti: et dolor

capitis et angustia angeantur. nequaquam quidez  
est desperandum: quoniam contingit crisis eius per  
fluxum sanguinis narium.

I morbus sit ex chola rubea et iam ad statum suum  
peruenierit et fuerit cum hoc apostema freneti  
cum in capite patientis cum intensione sui siue  
hoc contingit ratione ipsiusmet apostematis siue ratioe  
febris nequaquam erit inde desperandum, quoniam cri-  
sis contingit per fluxum sanguinis narium. cccxiiij.

Erum si eius accidentia sint in stomacho  
et cum hoc prius conquestus fuerit patiens  
de epate cu[m] angustia et syncopu[m] ualida: erit  
quidem crisis eius per uomitum.

I quidem cholere rubee accidentia sin in stô ut  
pote dolor acutus et patiens conquestus fuerit  
ante de epate suo cum angustia stomachi et nau-  
sea forti et subuersione tunc quidem contingit crisis eius  
per vomitum. Afferit autem Galienus ex signis huius  
crisis esse tremorem labij inferioris. cccxv.

I vero caput eius fuerit sine dolore et cum  
angustia ventris et eminentia vmbilici et p-  
cedente ventris constipatione pronostican-  
da quidem erit futura crisis per fluxum ventris.

Ec etiam est manifestum: nam si circumscrip-  
to dolore capitis assit dolor ventris cum eminen-  
tia vmbilici et precedenti constipatione ventris  
crisis quidem contingit per fluxum ventris. cccxvi.

Eod si yenter eius pacem habuerit et dige-  
stionem laudabilem preter q[ua] morbus eius  
violentus sit austerus cum aliquantulo ta-  
men labore et uigiliis scircumscripsit accidentibus  
sudoris: morbo quidem sit molli et lento. existente  
cum doloribus pectuis erit sermo meus uiridicus  
scilicet q[ua] crisis huius patiens contingit per urinam:

Am quidem non inueniuntur in ventre patien-  
tis dolores nec erit morbus violentus erit nibi  
lominus cum aliquantulo labore et vigiliis pre-  
ter q[ua] sudorem patiatur cum doloribus tamen inferioris  
partis ventris contingit proculdubio crisis per vrinam.  
Signanter autem dixit q[ua] non patiatur dolorem. Nam  
tunc proprie significabitur declinatio humide superflui  
tatis ad renes et ad vesicam. cccxvij.

Erum si cum pace et quiete predicta retine-  
atur urina preter q[ua] morbus sit in ultimo  
acuminis cum apertione tamen pororum  
sine forti dolore et uigiliis et siccitate: erit quidem cri-  
sis eius forsitan cum sudore.

Am quidem diminuet vrina preter q[ua] patientis  
accidentia sint sepo[ne]r status i ultimo acuitat[er] et vio-  
lentie et erunt pori cutis aperti et cum hoc est q[ua]  
fuerit patiens corpus molle laxu et spongiosum: contingit  
quidem proculdubio crisis eius per sudorem. cccxvij.

I autem dolor membra vel uincturarum  
in acutis: conringet proculdubio crisis ea-  
rum per apostemata.

I patiens quidez patiatur dolores contingit crisis  
eius p[ro] apreata q[ua] debet i eo generari: tales autem  
morbis quoq[ue] s. crisis accedit p[ro] apreata sunt o[r] raro  
contigentib[us]. et hic quidem apreata generat post aures i collo  
et subascellis et sub cruribus i iguinibus et i iuncturis nec  
non etiâ i oibus locis corporis: laudabilis tam[en] ex his apre-  
atis magis instans a membris principalibus. cccxix.

II Tere laudabili regimine ex signis sup mor-  
tem euasionem seu quietem et pacem signi-

sificantibus.

X his quidem sunt horoz luminis et lucis  
et fluxus lacryme cum rubore motu forti  
et uertigine.

O noz lucis sine tam[en] spâli morbo oculi signifi-  
cat proculdubio morbo magnu et nocumetu[m] in  
cerebro; et fluxus quidem lacryme significat sup  
multitudinem materie illi[m] morbi et debilitatez ipsius oculi  
retentive contingentem ratione violētie et magnitudinis  
morbis. Id est de magno et forti rubore. cccxxi.

E T paruitas oculi in uno latere et apetioris  
absque oscitatione.

Atruitas seu diminutio oculi significat sup spas-  
mu[m] cōtingentem morbo qui cōtingit cerebro i illos. s.  
latere in quo diminuitur oculus: aut super ena-  
eratione humiditatis ipsius. Apertio vero oris signifi-  
cat sup debilitate virtutis retentive i inferiori mandibula  
existentis q[ua] siquidez signu[m] est malu[m] et illaudabile. cccxxij.

E T cum quis iacet et dormit resupius mani-  
bus et pedibus suis protensis et relaxatis.

E quidem signa sunt illaudabilia: nam significat  
b super casu[m] virtutis ferentis et substinentis corpus  
na sôno naturali dormit q[ua] sup altez latez suo  
q[ua] quidem ex vigore virtutis ferentis corpus atigit. unde  
mortuus non stat sic sup latus suu[m]. Sic relaxatio pedum et  
manu[m] significat super casu[m] virtutis. In somno eni[m] natu-  
rali p[ro]trahit potius quam relaxemur membra p[re]dicta. cccxxiiij.

X his etiam est si uideatur patiens descen-  
dentez in lecto suo et manus et pedes suos  
detergere.

Ec quidem ideo cōsigit: n[on] predictus descensus in  
b lecto significat sup debilitate virtutis ferentis vel  
substinentis corpus: hoc autem descensu mouet pati-  
ens versus locu[m] pedu[m] suoru[m]. Et detectio quidez manu[m]  
et pedum significat super violentiam virtutis. cccxxij.

n E non mala et illaudabilis imaginatio q[ua]  
uideatur filia a pannis suis euellere.

Am quidez patiens cerebri ceperit apreari ima-  
ginabitur aliquâ eminentiaz esse i pânis suis quâ  
quidem tunc conabit euellere p[ro]tato significat tunc  
per mixtionez rationis et morbi violentiam.

E X his etiam est ultimata grauitas aut eius  
manifesta suspensio.

Anifesta quidem grauitas extremorum signifi-  
cat casum virtutis motu[m] sed suspensio seu arre-  
ctio patientis ad illud q[ua] videt significat pmixti-  
onem intellectus et violentiam laborum. cccxxvi.

E Teriam frendere dentibus preter solitu[m] et  
apponere manus super caput et pulu[n]ar.

